



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll B9 (recto)

B.9.

Part 1

22 Sep 1406

Dillewyssh

+ . 7 .

¶ Curia tenta ibidem die Mercurie proxima post festum sancti Mathei Apostoli anno regni regis Henrici quarti post conquestum vij^o

Essonia nullus

.a.

Herietum xl.d.

finis xl d.



Ad istam Curiam [venit] Thomas Sampson bouchier & sursum reddidit in manus domini unum mesuagium cum x acris terre & alijs pertinenciis suis que prius seisito fuerunt in manus domini ad opus Johannis Pottesblode Inde accidit [domino] de herietto j vacca precij xl d. Et super hoc dominus concessit predictum mesuagium cum terris & alijs suis pertinenciis prefato Johanni habendum & tenendum sibi & suis secundum consuetudinem Manerij ad voluntatem domini Reddendo & faciendo redditus & consuetudines inde debita & consueta & concessa est ei inde seisina per virgam Et dat [domino] de fine pro ingressu habendo . &c Et fecit fidelitatem &c

Fidelitatis &

finis . xij.d.



cc-Ad istam Curiam dominus concessit Johanne Lillebourne duas acras terre quas nuper perquisivit de Willelmo Bekwelle qui quidem illas sursum reddidit in manus domini ad opus predicti Johannis Cui concessa est inde seisina per virgam habendum & tenendum sibi & suis secundum consuetudinem Manerij faciendo debita servicia & consueta Et fecit domino fidelitatem consueta Et dat pro ingressu inde habendo de fine

finis xl d.

fidelitatis

iacentia in middelfeld
cc-Ad istam Curiam venit Johannes Bregge & dat domino de fine xl d pro ij acris & iij rodibus terre cum pertinenciis extr^a manus domini habendo quas nuper perquisivit de Willelmo Knygth sine licenciam domini Cui concessa est inde seisina per virgam habendum & tenendum sibi & suis secundum consuetudinem Manerij ad voluntatem domini Reddendo & faciendo servicia debita & consueta Et fecit fidelitatem consueta

Respectu ad proximam { cc-Ricardus Courteo^{ur} & Adam Lucas habentes^{ad[?]} usque ad proximam Curiam de fine pro transgressione facta in bosco domini per Robertum Denny Militem sub pena xx s unde ipsi devenerunt misericordia pro eadem ut in precedente

Preceptum est distingere & seisire contra proximam { Ad huc preceptum est sicut plures ut Distingere^a Robertum Denny militem in omnibus terris & tenementis que nuper fuerunt Roberti Knolles militis infeodo domini ac seisire in Manus domini &c ut plene patet in Curia proxime precedente

Distingere contra proximam { cc-Ad huc preceptum est Distingere omnes & singulos terras & tenementa tenentia tam ad voluntatem domini quam aliter Ita quod ipsi separatim sint ad proximam Curiam ad ostendendum que terras & tenementa tenent & quomod^o & per que servicia clamant tenere Ita quod unusquisque ipsorum oneret^{ur} de redditu domini secundum quantitatem tenure sue & non aliter videlicet quisque acre ad iiij.d.

herietus Ballivo de djmidia marcus { cc-Sibilla que fuit uxor Willelmi Knygth non dedit quod unum jumentum precij djmidiam marcam seisitum in Manus domini nomine herietum domino adjudicari debeat Ideo preceptum est quod dominus inde respondeat per misericordia Thome Aillesham & Johannis Pottesblode &c

seisire contra proximam { cc-Preceptum est seisire in Manus domini omnia terras & tenementa unde Willelmus Knygthe dictus Bailly obiit seisitus indominio suo &c secundum consuetudinem Manerij Et respondere domino de exitibus quousque &c Salvo semper iure cuiuscumque , &c

seisire contra proximam { cc-Preceptum est seisire in Manus domini omnia terras & tenementa que Robertus Woderove nuper perquisivit infeodo domini certis decaus[?] Et respondere domino de exitibus quousque &c Salvo iure cuiuscumque [&c]

ponere contra proximam {^{cesset}
cc-Pone per vadia & salvo plegii Robertum Tart Ita quod ipse sit ad proximam Curiam ad respondendo
Ricardo Loxle firmario Manerij de bosco suo abdicito & asportato &c non con... & de h.. prius [?]

remanere ad proximam {
cc-Processus de articulis Visus Franciplegii tangencia in Curia precedente remanet in statu quo prius
usque ad proximam .

Attachiamentes ij s x d. cc-De attachiamentibus Ut patet in extractus Curie.

misericordie xij d {
cc-Robertus Dennyng Chivaler Thomas Short Willelmus Gonuld Johannes ate Bregge Johannes inthe
Lane & Ricardus Coteller sectatores Curie faciunt defaltam Ideo ipsi in misericordia

Afforatores {
Willelmus Wedone } Jurati ¶ Summa istius Curie xxj s vj d preter
Phillippus Haveryng } ij amerciamenta Willelmi Wedone

Dillewyssh ¶ Curia cum Visu Franciplegii ...[blank]

[End of B9 (recto). B9 (verso) continues below.]

B9 (verso)

Part 2 20 Jan 1407

B9v

Dillewyssh ¶ Curia cum Visu Franci plegii tenta ibidem die Veneris proxima ante Festum
Conversacionis sancti Pauli Anno regni regis Henrici quarti post conquestum viij^o

Essonia nullus

[The equivalent of the next two lines are blank, although ink from the text on the other side has seeped through, and can be read in reverse on these and the following lines. However, the first words of the following line, and some words in subsequent lines, are rendered illegible.]

Respectu ad proximam { cc- -----ia B----- r-----s & Adam Lucas plegii Roberti Denny Militis de quadam
transgressionem facta in bosco domini sunt Respectu usque ad proximam Et consideratum est quod finem
facere cum ad domini sub penam dimidie m^arce adiudicando

a.

preceptum est distringere & seisire contra proximam { cc- Ad huc preceptum est sicut plures &c Distringere Robertum Denny militem in omnibus terris &
tenementa que nuper fuerunt Roberti Knolles infra dominium Ac seisire in Manus domini
omnia terras & tenementa que predictus Robertus tenet ad voluntatem domini . salvo
iure cuiuscumque Ita quod tenentes eorundem sint ad proximam ad recipiendo quod
Curia super hoc duxerit ordinando . Ut patet in secunda Curie precedente

Preceptum est distringere contra proximam { cc- Ad huc sicut plures preceptum est distringere omnes & singulos terras & tenementa infeodo domini
habentes tam ad voluntatem domini . quam libere tenentes Ita quod ipsi sint ad proximam
ad ostendendo separatim que terras & tenementa tenent & quomod^o & per que redditus et
servicia clamant tenere Ita quod unusquisque ipsorum oneret^{ur} de redditu iuxta
quantitatem tenure sue & non aliter videlicet pro singulis acre iiij d.

Fidelitas
Relevium iij s .

cc- Ad hanc Curiam Ricardus Knygth filius & proximus heres Willelmi Knygth secundum consuetudinem Manerij fecit domino fidelitatem pro terris & tenementa que sibi accessere iure heredis post decessum predicti Willelmi patris sui Et dat domino nomine relevium quantum dat de redditu quod est &c

Preceptum est seisure cont^{ra} proximam

a
cc- Ad huc preceptum est sicut alios preceptum fuit bedello seisure in Manus domini omnia terras & tenementa que Robertus Woderoffe nuper tenuit infeodo domini eo quod ipse ea alienavit licencia domini super hoc non obtenta. Et respondeatur domini de exitibus de eodem

sommonicio cont^{ra} proximam

remanet ad proximam instatu qu^o nunc
cc- Robertus Gonulde & Sibilla uxor eius querent^{ur} versus Johannem Bregge de placito terre plegii de prosequendo Willelmus Gonulde & Willelmus intheLane Ideo consideratum est ipsum sint iuxt^a proximam sub sommonicionem

Communis finis iij s

cc- Willelmus Wedone & Willelmus Lane capitales plegii cum decennarii suis ibidem Jurati presentant de communi fine antiquo ut patet incapite

Romppeny X d.

Item presentant Willelmum Wedone Philipum Haverynge Adam Lucas Johannem Cartere Johannem Pottesblode Johannem Balle Robertum Tart Johannem Bregge Willelmum Lane & Willelmum Pevere tenentes domini quemlibet ipsorum habentem averia ad valenciam xxx^{ta} denariorum infra dominium Ideo singuli ipsorum dant domino id. vocato Romppeny. &c

. a .
 Avisagium porcorum ix^d
 obolus quartans

Item presentant Willelmum Lane habentem infesto sancti Michaelis ultimo preterite v porculos & vij porcellas Willelmum Pever ij porcos Elenam Ledes j porculum Johannem Pottesblode iij porculos & ij porcellas & Robertum Tart j porculum pro quibus dabunt de Avisagio singulorum porci j^d. porculi obolus & porcella quartans per consuetudinem

misericordie ix d

Item presentant quod Johannes Horle Johannes ate Bregge & Walterus Ingulffe superonerant communam pasturam cum bidentibus & alijs averijs suis ad communie nocumentum Ideo ipsi in misericordia

b.
 Distringere cont^{ra} proximam
 misericordia ij d

Item presentant Walterum firmarium Willelmo Pever residentem inf^{ra} feodum domini qui est plene etatis Ideo distringatur essendi ad proximam ad ponendum ipse in decennam

cc-Item presentant defaltam Willelmo Pever ad hanc Curiam Ideo ipse in misericordia

a.
 j equus de ext^{ra}hura
 remanet ad proximam

Item presentant j equum bay provenientem ut ext^{ra}hura infesto sancti Michaelis ultimo preterite precij xx d. Et consideratum est quod proclamari debet mod^o Et remanet in manus Bedelli quousque superannetur

+ a.
 misericordia viij d
 Distringere cont^{ra} proximam

Item presentant Willelmum Pever habentem duo fossata apud Amelles & Piryfeld non mundata unde regia via ibidem est profunda minus ad communie nocumentum patrie Ideo predictus Willelmus in misericordia Et preceptum est illa emendare cit^{ra} proximam

misericordie xvij d.

Johannes Larke tastator cervisie presentat Johannem Pottesblode communem huxter Johannem Larke huxter Robertum Tart . communem huxter & Elenam Ledes brasiatat semel & fregerunt assisam Ideo in misericordia

misericordie xvj^s viij^d.

xl d xij d xij d xij d xij d

 Willelmus Dene Philipus Haverynge Adam Lucas Johannes Cartere Johannes Pottesblode

xl d xij d xij d xij d xij d

 Willelmus Wedone Johannes Ball Johannes Lillebo^{ur}ne Willelmus Lane Robertus Tart Johannes

xij d xij d

 Denewey & Willelmus Gonulde Jurati & onerati pro Rege de fine quia comederunt

 & biberunt cont^{ra} preceptum senescalli ante reddicionem veredicti sui ad grave

 contemptum & exemplum perniciosum [From this point on the parchment tapers drastically.]

Elecciones

 Et eligerunt Robertum Tart ad officium Constabulari loco Thome Aillesham Et juratus est

 Et Johannem Pottesblode ad officium Capitalislegii loco Willelmi Wedone Et juratus est

Jurati in decennam

 Ad hunc Visum Johannes Colcok Ricardus Lane Johannes Elys &

 Thomas Chapman Jurati sunt in decennam domini Regis

Preceptum seisire

 Preceptum est bedello quod seisire faciet in manus domini

 omnia terras & tenementa que Willelmus Dene

 Philipus Haverynge Adam Lucas Johannes Carter

 Johannes Pottesblode Willelmus Wedone

 Johannes Balle Johannes Lillebo^{ur}ne

 Willelmus Lane Robertus Tart Johannes Dene-

 wey & Willelmus Gonulde tenentes in villenagio

 infra dominium eo quod g-----

 ----us t-a-ter cont^{ra} -----

 ----t- Manerij Et respondeat domino de

 exitibus durante &c

[The scribe has used every remaining scrap of the rapidly-narrowing parchment.]

[Some of the words on both sides of this section have been obscured by fine white netting, used no doubt for repair and stabilisation at some time in the past.]

Afferatores Johannes Pottesblode }
Willelmus Lane } Jurati

[End of Roll B9.]